Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



330

·CCC· xx·

Hic est filius uꝰ quem uos dicitis quia cecus natus ē. Quomodo
nunc videt. Responderunt eis parentes eius et dixerunt. Scimus quia hic
filius nꝰ et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videat ne
scimus. aut quis eius aperuit oculos nescimus. Ipse maiorem habet.
Etatem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia time
bant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei ut si quis eum confiteretur
ipsum extra synagogam fieret. Propter hoc parentes eius dixerunt quia etatem
habet ipsum interrogate. Vocauerunt ergo iterum hominem qui fuerat
cecus et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est.
Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. Unum scio quia cecus cum essem modo
video. Dixerunt ergo illi. Quid tibi fecit. Quomodo aperuit tibi oculos.
Respondit eis. Dixi uobis iam et audistis. Quid iterum uultis audire.
Numquid et uos uultis discipuli eius fieri. Maledixerunt ei dixerunt. Tu di
scipulus illius sis nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moy
si locutus est deus. Hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo
et dixit eis. In hoc enim mirabile est quia uos nescitis unde sit et aperuit
meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit sed si quis
dei cultor est et uoluntatem dei faciat hunc exaudit. A seculo non est
auditum quia aperuit quis oculos cecci nati. Nisi esset hic a deo non poterat
facere quicquam. Responderunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus
et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihesus quia eiecerunt eum
foras et cum inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit
ille et dixit. Quis est domine ut credam in eum. Et dixit ei ihesus. Uidisti eum
et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.

OFF. B Audiant sentes dominum nostrum et obaudiant voce laudis eius quia posuit animam meam
ad uitam et non dedit commotionem pedibus meis. Bonum est confidere in domino quam confidere in homine. Secreta
Supplices te domine rogamus ut hanc sacrificium pacificatum mundentur